

**C e t r a r i a c i l i a r i s A c h.**  
civis Florae Europaeae.

Lichen ex America boreali jam dudum cognitus habitat quoque in Rossia ad provinciam Archangelopolitanam, ubi corticolus ad Betulas obvenit.

E Rossia in oppida Finmarkica peridermata multa Betulae quotannis importantur, ut ad tecta tegenda convertantur. Ad peridermata nonnulla Hammerfestam a. p. adducta, quae certissime in Rossia et secundum relata in parte meridionali provinciae Archangelopolitanae nata sunt, lichenes obiter exploravi. Ad haec, quae ob amplitudinem et tenuitatem albitudinemque ab arboribus sub coelo mitiore vigentibus manifeste detracta esse judicanda fuere, et ubiquitarii nonnulli sese praebuere ut *Usnea barbata*, *Bryopogon jubatum*, *Cetraria pinastri*, *Parmelia saxatilis* et *phycodes* et *olivacea*, *Buellia parasema*, *Leptorhaphis albissima*, et quoque rariores parce v. parcissime ut *Microthelia betulina*, *Pertusaria sorediata* nec non prae caeteris *Cetraria ciliaris*. Hujusce specimina duo solummodo offendi, alterum minus, sterile, glaucum, partim fuscorufescens, alterum majus, fructiferum, e glauco rufofuscescens. Hoc 4,5 centim. diametro majore latum, eximius rugosum, rhiziniis sparsis, et inferis, et marginalibus ciliantibus, immo superis submarginalibus, longit. 4 mm. attingentibus. Apothecia usque ad 4 mm. lata, plurima margine crenulato cincta, sporis subglobosis, diametro 0,004—5 mm. —

Nostro specimini sterili intermedio n<sup>o</sup> 5<sup>th</sup> Lich. N. Amer. Tuckermani proxime accedunt. Thallus hydrate kalico superne levius saturatiusve flavescit, dum specimina Tuckermaniana (in meo exempl., prius Montagnei) partim flavescunt, partim non. — Tromsaeae Norvegiae Aprili 1872.

J. M. Norman.

**N e c r o l o g .**

Am 28. April verschied in seinem 74. Lebensjahre der rühmlich bekannte Botaniker der Normandie Louis-Alphonse de Brébisson. Der Sprössling einer edlen und angesehenen Familie, wurde er zu Falaise 1798 geboren. Sein Vater, ein bekannter Entomolog, hatte ihn schon frühzeitig zu naturhistorischen Studien angeregt, und so widmete er sich vorzüglich dem Studium der Pflanzenwelt. In vielfachen Ausflügen studirte er die Pflanzen-

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1872

Band/Volume: [55](#)

Autor(en)/Author(s): Norman Johannes Musaeus

Artikel/Article: [Cetraria ciliaris Ach. civis Florae Europaeae. 267](#)